



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

II. Pabst Honorius bestätigt dem Kloster Dünamünde die ihm von den Markgrafen Otto, Albrecht und Otto geschenkten Patronate der Kirchen zu Trampitz Gnetlinge und Müdlinghe, die Dörfer daselbst und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

Urkunden.

I. Herzog Barnim von Pommern transsumirt eine Urkunde der Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg, worin diese Fürsten, auf Antrag der Gebrüder Johann und Gebhard von Plote, dem Kloster Dünamünde 30 Hufen Landes zu Trampitz und 30 Hufen Landes zu Rogelin vereignen, im Jahre 1238.

Nos Barnim dei gracia Stetynensis, pomeranie, Slaue et Cassubie Dux, Notum facimus vniuersis publice protestantes, Nos vidisse litteras dominorum Johannis et Ottonis, Illustrium Marchionum de Brandenburg, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, in hec verba:

Johannes et Otto de gracia Marchiones de Brandenburg omnibus hoc scriptum visuris in perpetuum. Cum principalis munificencie multi largis sepe latentur beneficiis, eorum propensiorj studio succurrendum est indigencie, qui se arcius diuine seruitutis cultui manciparunt. Inde est, quod vniuersis presentibus et futuris notum esse volumus, quod ad petitionem familiarium nostrorum, Johannis et Geuehardi fratrum de Plote, jus proprietatis, quod ad nos pertinebat, super triginta mansis in Trampiz, itemque super triginta mansis in Rogelin cum pertinenciis eorum, quos memorati viri Johannes et Geuehardus fratres de Plote a nobis in feodo possidebant, abbati et conuentui fratrum de Dunamunde contulimus cum omni plenitudine potestatis. Volumus ergo vt nullus aduocatorum nostrorum, nullus eorum, qui nostro parent vel posterorum parebunt dominio, predictos abbatem et conuentum vel homines ipsorum in premissis bonis aliquo modo molestare presumat, sed liberi et absoluti ab omni coacto seruicio privilegio sue gaudeant libertatis. Vt autem huius nostre largicionis auctoritas inconcussam apud omnes habeat firmitatem, cum appensione sigillorum nostrorum, eorum, qui presentes fuerunt, nominibus conscriptis, hanc paginam duximus roborandam. Testes Johannes et Geuehardus fratres de plote, Conradus prior, Arnoldus sacerdos et monachus, Johannes, Ditmarus conuersi Dvnmundenses, Ludolfus notarius noster. Acta sunt hec in Rapin, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXX^o. VIII^o. Octauo idus Januarii, Indictione XI^a., regnante Domino friderico Romanorum Imperatore glorioso.

Nach der vom Königl. Archivar Freiherrn von Medem genommenen Abschrift des im Pommerschen Provinzialarchive befindlichen Original-Transsumtes aus dem XIV. Jahrhunderte. Mit vielen irrigen Bemerkungen über die Lage der in der Urkunde namhaft gemachten Orte ist diese Urkunde in von Dreger's Cod. dipl. Pomer. I, 186 abgedruckt.

II. Pabst Honorius bestätigt dem Kloster Dünamünde die ihm von den Markgrafen Otto, Albrecht und Otto geschenkten Patronate der Kirchen zu Trampitz Snetlinge und Müdinghe, die Dörfer daselbst und mehrere andere Bestzungen, im Jahre 1285.

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Abbati et Conuentui Monasterii de Dvnmunde Cisterciensis ordinis Rigenis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum et honestum, Tam nigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane peticio uestra nobis exhibita continebat, quod di-